



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Additamenta eius laborum Oeniponti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

posse tantum lucis in tenebris Germanicis. Time-  
re regno suo, idèque in odium omne conari tra-  
here, quos infestos experiretur. Existimabat Præ-  
positus Lainius optimam esse rationem maledi-  
cta eiusmodi refutandi illustrem recte factorum  
constantiam, quemadmodum fideles olim Apo-  
stolorum Princeps alloquebatur: Sic est voluntas  
Dei, ut benefaciētes obmutescere faciatis impru-  
dentium hominum ignorantiam. Tamen, quia  
ad simplicium oculos longè positorum penetra-  
re exempla vitæ non poterant, faciendum Cani-  
fio putauit, ut Germanico sermone modestam  
apologiam, nec apposito nomine suo, ( quo-  
niā erat commendanda societas ) euulgaret:  
quod ille sedulò præstitit. Latinam autem sub-  
indē defensionem Iacobus Paiua natione Lusi-  
tanus doctam, ac piam emisit. Canifius in his,  
quas diximus, apud Cæsarem curi magnam æta-  
tis partem Oeniponti egit: nec interim parcebat  
laboribus aliis, ad concionem non raro dicens, ac  
domi (namque Collegium iam adolescebat) fo-  
risque pietatem incendens. Aderant Oeniponti  
quinque Cæsaris filiæ virgines (Reginas vocabāt)  
grandiorum ex iis, quarum duæ postea Florenti-

*Optima ratio  
refutandi ca-  
linnias,*

*Canif. Remittit  
non responder.*

*Additamenta  
eius laborum  
Oeniponti.*

no ac Ferrariensi Ducibus; nuptum datae, audiebat confessiones, & animos integros, optimeque paratos ad pietatem instituebat. Earum etiam postulatu magna pompa, apparatuque, ipsiusmetu Procerum magna corona spectantibus, ereptam Turcis virginem Valacham sacrofonte perfudi in Pentecoste, cum anteaptam temporis, accamermonia orationem habuisset.

*Sueviam  
euangelizans  
perlustrat.*

*Nobis lemma-  
tronam Catho-  
licis restituit.*

Oeniponto dimissus vix Augustanis se servididerat, cum ad nouam expeditionem excitatus Praefecto Sueviae Georgio Il Sungo euocatus multa perlustrauit ampla, ac peruetusta Monasteria velut in arentes agros tempestiuum circumferi imbreui verbi Dei. Nec dubitauit in Ciuitate quoque Lutherana praesentibus Hæreticis catholica personare tuba, haud sine audientium bono. Quacumque præterueretur, conueniebant vndeque doctrinam, consolationem, & Sacramenta petituri circumcolentes orthodoxi viri, feminæque. Accessit & opulenta Matrona, quæ quam in catholicam nupta erat familiam, à viro que, ac socrum frequenter compellebatur, nunquam tamen ab Lutherana peste, quam cum lacte hauferat, parentesque sui ac ceteri eorum necessarij obi-